

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Eilhard Lubin Johannes Waterham

**Disputationum De Veritate Religionis Christianae, Ex P. Mornaei, De Eadem Libro  
: Decima, Quod Omnia In Mundo Mala, Dei Providentia Regat**

Rostochii: Reusnerus, 1601

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756644658>

Druck Freier  Zugang



R U. Theor.  
Lubinus, Eilh.  
Disp. de veritate relig.  
christianae 1-24.  
1602:03.  
1601-1602

Contenta:

①	Frid. Crispius, De venturo religione christiana	I
②	Dar. Reoxilius, De ver. rel. chr.	<u>II</u>
③	Hart. Hallerordines, De ver. rel. chr.	<u>III</u>
④	Joh. Bucerius, De ver. rel. chr.	<u>IV</u>
⑤	Abr. Dantrot, De ver. rel. chr.	<u>V</u>
⑥	Ph. Frisius, De ver. rel. chr.	<u>VI</u>
⑦	Pet. Boethius, De ver. rel. chr.	<u>VII</u>
⑧	Boc. Hegius, De ver. rel. chr.	<u>VIII</u>
⑨	Dav. Nicolai, De ver. rel. chr.	<u>IX</u>
⑩	Joh. Wataham, De ver. rel. chr.	<u>X</u>
11	Joh. Vinitor, De ver. rel. chr.	<u>XI</u>
12	Wenz. Fabritius, De ver. rel. chr.	<u>XII</u>
13	Paul. Fichtius, De ver. rel. chr.	<u>XIII</u>
14	Frid. Crispius, De ver. rel. chr.	<u>XIV</u>
15	Dar. Reoxilius, De ver. rel. chr.	<u>XV</u>
16	Hart. Hallerordines, De ver. rel. chr.	<u>XVI</u>
17	Ph. Frisius, De ver. rel. chr.	<u>XVII</u>
18	Wenz. Fabritius, De ver. rel. chr.	<u>XVIII</u>
19	Joh. Frisius, De ver. rel. chr.	<u>XIX</u>
20	Pet. Boethius, De ver. rel. chr.	<u>XX</u>
21	Dav. Nicolai, De ver. rel. chr.	<u>XXI</u>
22	Joh. Wataham, De ver. rel. chr.	<u>XXII</u>
23	Joh. Vinitor, De ver. rel. chr.	<u>XXIII</u>
24	Paul. Fichtius, De ver. rel. chr.	<u>XXIV</u>

Disputationum  
**DE VERITATE**  
**RELIGIONIS**

CHRISTIANÆ,

*EX P. MORNÆI, DE  
 EADEM LIBRO,*

Decima,

**QVOD OMNIA IN MVNDO**  
**MALA, DEI PROVIDENTIA**  
**REGAT.**

*Quam*


**DEO DVCE ET AVSPICE**  
**PRAE SIDE**  
**EILHARD O LVBINO,**

*In alma Rosarum Academia defen-  
 dere conabitur*

**IOHANNES VVATERHAM**  
 Herfurdiensis VVestph.

*Hora ♂ loco consueto.*

**ROSTOCHII**  
 Exprimebat Christophorus Reusnerus,  
 ANNO M. D. CL.





ΣΥΝΘΕΩ.

DIPUTATIO DECIMA.

Quod omnia in mundo mala DEI PRO-  
VIDENTIA REGANTVR.

I.

**G**onstat ergo Providentiam esse, actionem aliquam externam DEI, gubernatricem omnium, quā omnia reguntur, quae sunt maxima & minima, & singula ad iuum finēm, omnia ad DEI gloriam diriguntur.

II.

Quæ quod sit, quamvis in singulis sit manifestissimum, non minus quam, quod DEVS est; non mirum tamen illam, quid, quomodo, & quā de causa sit, ignorati, utpote consilij & voluntatis Dei abyssum profundissimum.

III.

Et quem qui penitus scrutat longè absurdius facit, quam infans si de patris, famulus si de domini aut senatus, imò brutum si de hominis sanctis judicare velit. Cum si quis Dei consilia posset comprehendere, non jam homo, sed Deus esset.

IV.

Cum ergo Providentia Dei universaliter ad omnia se extenda, utique etiam ad omnes ad singulos homines; eorumque omnia sapientissimè & justissimè ad optimum finem universi salutem, Dei gloriam, diriget.

V.

Qui objiciunt Bonis male, Malis bene esse, absurdissima proferunt, ex bonorum & malorum ignorantia. Propriè enim Bona & Mala illa esse dicimus, quæ possessorem meliorem vel pejorem reddunt, & à quibus Boni & Mali dicuntur, ut sunt Pietas & Virtus, Impietas & Vitium, quæ verè bona & mala infinito intervallo

tervallo remota in malis & in bonis, misceri & communicari nequeunt.

V I.

Porro corporis & externa bona, robur, opes, honores, & mala, morbus, inopia, contemptus, bonis & malis sunt communia, & propriè neque bona neque mala sunt, & utraque pro personarum diversitate bonis bona, malis mala sunt.

V II.

Quæ bona & mala eō communia, quia sunt gloria & magnitudine Dei indigna, à quā vel bonis absoluti præmij, vel malis absolute pœnæ loco conferrentur. Utique cum in hāc vitā ubi adulterina illa communia bona sunt, stadium fit, in alterā demum vitā Brabēum reponatur.

V III.

Et quis vera animi Bona virtutem & pietatem, quæ infinitis alterius vitæ præmijs compensanda sunt, cum aliorum opibus & honoribus (hujus vitæ quifquilijs) permutare cupiat? Cum verē Boni etiam in hāc vitā optimum in mundo Bonum consequantur, nempe pacem conscientiæ; & ab omnibus, etiam ab improbis, laudati amplissimum virtutis suæ præmium, pœnæ malis, referant:

V IV.

Porro communia illa bona opes & honores Boni amittunt, vel tanquam sibi damno & fraudi futura, vel cum veris animi bonis, & æternæ vitæ gaudijs hic & ibi permutanda & compensanda, vel ut, ne quis à mundanis illis impedimentis inhibeatur, expeditius viam virtutis & salutis possit capessere.

V V.

Quod verō alias alio acrius & vehementius paupertate, contemptu, morbis, alijsque calamitatibus uratur, fit vel pro peccati gravitate, vel pro peccantium diversitate, quorum alij gravioribus quam alij, pœnis coercendi, ut alij ægroti alijs, vehementioribus indigent pharmacis.

V VI.

Iam ad cædes piorum quod spectat, respondeo, alias semel illis suisse moriendum, multosque nobis pios videri, quos DEVS. gravissi-

gravissimorum latentium scelerum reos habeat, aliud in hominum suppicio sibi propositum habens, quam judex aliquis aut tyrannus,

XII.

Vt enim generosa vina & condimenta parantes uvas calcamus, rosas & violas tundimus & terimus, antequam virtutem, odorem, & saporem deperdant: Sic Deus optimo consilio matre vario mortis genere suos ad se rapit, alioqui virtutem & pietatem malorum in mundo contagio amissuros.

XIII.

Quid, quod p̄ij & bonū unā mortis horulā martyrio suo, id est virtutis, pietatis & constantiae exemplo omni mundi temporis plus proslunt, quam alias longissimo vitæ spatio.

XIV.

Idem respondendum ijs, qui queruntur bonos à malis in bello superari, ut Cato de devicto Pompejo querebatur. Hic n. Deus vel universum imperium, vel ipsos imperatores justissime punit. Ut bellis illis civilibus urbem Romanam sceleratissimam meritò flagellavit, & Pompejum, qui patrem ferre non poterat, justissimè proculcavit, nec Cælarem præteriit, cuius poenam si præscijsset Cato, Dei providentiam non incusasset.

XV.

Querela enim talis de providentiâ hinc oritur, quod evenitus rerum non exspectemus, vel brevitate vitæ aſſequi prohibemur, postulantes ut poena statim scelera subsequatur. Non secus ac si quis de cantu ex una voce judiceret de Tragœdia ex primo actu, indignans ob Paridis adulterium, Herodis & Cæsaris tyrannidem, Iosephi innocentis calamitates. Quorum Tragicos exitus, vel salutares eventus, quisquis in fabulæ fine observat, Providentiam utique non incusabit.

XVI.

Denique, si parentes, fratres, filios pro patriâ vel etiam vanâ gloriâ, ambitione & avaritiâ ducis sui fortiter pugnantes, occidi & mori patienter ferimus: quo juro reprehendemus bonos & pios pto gloriâ Dei, salute suâ, & universi gloriosè mori?

XVII.

Iam ad sceleratorum opes & potentiam quod spectat, nullâ

A. 3

inde

modum



inde voluptate aut felicitate perfruuntur , à vitijs sceleribusque suis, vel à metu pœnarum , animi anxietate, & malâ conscientiâ in immensis illis opibus & honoribus excarnificati, longe infeliores alijs, qui ob scelera ad suppliciū rapti corporis pœnas subito exsolvunt, cum animo & gravius & diuturnis supplicium longo vitæ tempore perferant.

XVIII.

Quod verò sceleratos non statim semper ad supplicium rapit Deus, injustiæ accusari non debet , cum Deo ex mundi carcere scelerorum nemo possit effugere. Nam vel emendandi spatium ipsis concedit, vel ob virtutes aliquas occultas, & grandiori ætate exserendas, juvenibus parcit.

XIX.

Quod autem quidam serius puniti se non emendant , & superfluit, vel ut te pervicacem castigent, vel ut ipsi diurnius puniantur, Deo, hominibus, si bimetipſis odiosi & invisi.

X X.

Quod si tibi pœna tarda videtur, Deo tarda non est, apud quē longissima hominis vita momenti instar. Quid ? quod tarditas gravitate supplicij compensetur, manifesto omnibus severitatis & providentiæ Dei exemplo, quale in Nerone, Maximiano, Dionysio Siculo , qui ex rege ludimagister factus, & alijs, evidentissimum observamus.

X XI.

Neque verò qui morte à tyrannis adficiuntur tyrannorum pœnas possunt, aut injuriâ, debent observare. nam subitâ pœnâ insolecerent, tardâ verò patientiam discunt. Deus enim puniendo, non illorum qui injuriam passi sunt adfectibus, sed suæ justitiæ satisfacit.

X XII.

Cum verò præclara parentum merita posteris prosint , quid mirum posteros patrum scelera luere, utique qui parentibus plerunque similes.

X XIII.

Vt enim filij, quorum patres calculo, hydrope, podagrâ labarunt, à medicis ab cibis & diætâ paternâ, ne in eosdem incident morbos,

morbos, abstinere jubentur: Ita etiam cœlestis ille medicus posteror opibus & honoribus privat, ne illis in eosdem, in quos patres, animi morbos, tyrannidem & scelera præcipitentur.

X X I V.

Interim quis Deum incuset, cum pessimo patre natus filius, si frugi sit, à Deo non repudietur?

X X V.

Quid? quod illi quorum tanquam bonorum vicem dolemus, forte animis, & intus sint pessimi, meritoq; puniantur; Contra quibus tanquam sceleratissimis invidemus, illi forte intus in animo, nostra opinione meliores & DEO notiores viri optimi.

X X VI.

Nec providentia in dubium vocari potest, quod Deus Mala in mundo tolerat: Cum creatura necessariò finitum bonum esse coque à Deo discerni debuerit, & in malum labi potuerit. Homo enim liberi motus & rationalis esse debuit, sed non ipsa Ratio, ut errare prorsus, etiam si vellet, non posset. Quod solius & unius D E I proprium est.

X X VII.

Interim ex hujusmodi malis D E I providentia vel maxime manifesta est, quod tanquam optimus & sapientissimus dux hostilia malorum agmina & consilia ad suam victoriam & gloriam dirigit, Cyri ambitionem ad sui populi Israëlis liberationem, Titi dominandi libidinem, in pœnam Iudæorum, & ultionem necis filii sui, Iudæ avaritiam ad generis humani redemptionem, Iulij Cæsaris cupiditatem ad Romanorum, Attilæ sævitiam, ad totius mundi & Christianorum scelera flagellanda.

X X VIII.

Nam ut pater non ipse semper liberos punit, sed servo & vilissimo agasoni puniendos permittit: Sic Deus non semper immediate quasi, morbo & caritate annonæ dignatur suos punire, sed sceleratos mutuis sâpe ulciscitur vulneribus, & malum malo, peccatum peccato punit.

X X IX.

Interim quid multis peccantibus salutarius est, quam labi? Si quis enim nunquam peccare posset, suam infirmitatem Dei auxilio

xilio indigere non agnoscet. Cum interim in nostra infirmitate  
Dei virtus & providentia perspiciatur: quæ nos leviter labi per-  
mittit, & ob peccatum conscientiâ angî & dolere, ne gravissimè  
lapsi æternum doleamus.

XXX.

Quid? quod mala bonis in mundo contra ponantur, & col-  
latione cognoscantur, ut eo magis vel appetantur vel fugiantur,  
& providentiæ divinæ rationisque humanæ objecta quasi & ma-  
teria sint, sine quibus neutrum ab hominibus potest intelligi.

XXXI.

Sunt ergo bonis omnia bona, malis omnia mala, utraq; pro-  
videntiæ Dei inservientia, quâ DEVS non solùm bona & recta,  
sed etiam mala, curva & obliqua ad suam gloriam dirigit, quam-  
vis ipse nihil mali faciat, nihil ipse incurvet, aut ipse incurvetur,  
ipse omnium bonorum & malorum, ad mundi ordinem, cuiusq;  
salutem, suam gloriam, director & moderator, qui est sapientissi-  
mus, potentissimus, optimus, cui æterna gloria & gratia. Amen.


## AXIOMATA.

1. *Causa causarum demonstrari nequit.*
2. *D E I consilia comprehendere solius D E I est.*
3. *Nemo, nisi à seipso, leditur.*
4. *Bona & mala infinitè disjuncta, in nullo convenientia.*
5. *Deus est ipse Ratio, homini rationis tantum umbra.*
6. *Creatura in nullo creatori coequanda.*
7. *Bonum sine malo cognosci nequit.*
8. *Peccare sape hominibus salutare est.*
9. *Nemo ad summum bonum pervenire potest, nisi malis culps  
& pœna prius exercitatus sit.*
10. *Nulla ratio est sine Bonis & Malis.*









ortis fuisse, non, ne crimen detegant, sed ne vir-  
ant, ne ipsi quidem hostes Christianorum ne-

tionem illam repentinam, quâ Deorum cultus  
nt, ad constellationem referunt, quâ mundum  
z pro diversis cæli imaginibus singulos Plane-  
tominari supponunt, quæ vesanorum hominum  
Syro satis refutata fit, seq; ipsam explodat re-

climatibus tot regiones, urbes, oppida, familiæ,  
imis sâpe religionibus imbuti, qñ insaniâ suam

Cumq; Planeta climatis religionis Iudaicæ  
ligio in totum orbem disseminata est, proprio

as Planetarum conjunctiones Religiones facere  
i conjunctiones tantum, alij Iovem tantum, alij Io-  
n Chaldaicam, cum ☽ AEgyptiam, cum ☽ Mahu-  
â, cum ☽ Antichristianam, Addunt a. magnas medias  
interq; se de religionis domo varie contendunt (quæ  
ex fio) prius inter se insulsi & insani convenient, an-  
postulent.

es à conjunctione Stellarum dependent, cur cum illis  
io Christiana tantæ sit durationis, tamq; latè pateat,  
nativitatis tempore talem conjunctionem. quod ne-  
x Astrologorum somnio sex esse possint Religiones  
m in una familiâ.

nde Religionis Thema erigere debeant à fine eius  
ius, quæ oritur aut deniq; legislatoris ipsius Iesu ge-  
ptias suas Christianis intolerabiles satis impie pro-

s hominis Genesi Religio, hoc est tot naturæ, regio-  
j, Dæmones, affectus animi & mentis, cum vel ipso  
ion cogant, cum etiam in singulis regionibus aliquis  
t.

contemplationum vanitatem eventus ipse manife-  
stianam 360. annos duraturam dixerunt, quam Al-  
extendebat, Abraham Iudæus ad 1464, &, suo more

isti per Magiam facta esse contendunt exemplo Si-  
yanæi, Appulei Madaurensis. Cum Simon vel eo  
is sit, Iesu divinitati concederit. Et cuius Diabolica  
rejecta & cum ipso extincta est.

Apol-